Quelle: https://manuscripta.at/?ID=45
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



regiones quia albe iam sunt admesse. Et qui
metit mercede accipit. & congregat fructum
in uitam eternam. ut et qui seminat simul gau
deat & qui metit. In hoc enim est uerbum uerum.
quia alius est qui seminat. & alius est qui metit.
Ego misi uos metere. quod uos non laborastis. Alii
laborauerunt. & uos in labores eorum introis
tis. Ex ciuitate autem illa multi crediderunt in
eum samaritanorum propter uerbum mulieris tes
timonium perhibentis. quia dixit mihi omnia
quecumque feci. Cum uenissent ergo ad illum samari
tani. rogauerunt eum ut ibi maneret. Et man
sit ibi duos dies. & multo plures crediderunt
propter sermones eius. & mulieri dicebant. Quia
iam non propter tuam loquela credimus. Ipsi enim
audiuimus & scimus. quia hic est uere saluator
Iniebus Sabbato. l. Danielis. p. Mundi
illis. Erat uir in babylone. & nomen
eius ioachim. Et accepit uxorem nomine susannam
filiam helchie. pulchram nimis & timentem dominum.
Parentes enim illius cum essent iusti. erudierunt